



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 19. Melitensis Orator in Generali Congregatione exceptus, ac de  
Sacramento Matrimonii suam sententiam edicens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

autem hujus rei fama per Mediolanensem ditionem percrebuit, cum illico nonnulli ad indignationem, alii autem ad terrorem, ac saniores ad seditionem concitarentur, quamvis vero illis proponeretur, hujus Tribunalis judices nequaquam Hispanos, sed natione Italo fore, qui minori severitate uterentur, nihilominus hi quoque sua auctoritate abusuri credebantur, atque exempla, quae vel oculorum, vel aurum testimonio erant comprobata, magis adhuc mali timorem augebant. Denique tam crebræ audiebantur indignationes, ut illæ tandem ad communem Mediolanensium seditionem spectare timerentur: unde ad præcavendum ejusmodi malum Pontifex concessam facultatem revocabat, atque hoc Tribunal erigi non permittebat.

### §. XIX.

*Meliten sis Orator in generali Congregatione exceptus, ac de Sacramento Matrimonii suam sententiam edicens.*

Die septima Septembris generalis habebatur Patrum conventus, in quo præprimis Orator Meliten sis excipiebatur, ubi eidem ultimus locus post Ecclesiasticos Principum Laicorum Ora-

Pallav. c. 8.  
n. 7. § 9.  
Psal. p. 399.

tores,

**Sæcul. XVI** tores, seu post Episcopum Cortonensem  
**A. C. 1563.** assignabatur, & postea recitabatur Pon-  
 tificis diploma, quo Patriarchatum,  
 Archiepiscoporum, & Antistitutum jura  
 illæsa servabantur.

Porro hic Melitensis Orator voca-  
 tur Martinus Royas, qui ita perorabat:  
 „Supremus Ordinis mei Magister haud  
 „citius Oratorem Tridentum ablegare  
 „poterat, eoquod rumor ubique in-  
 „naret, quod Turcarum classis immi-  
 „neret, ac Dragutes Pirata suam rabiem  
 „in Insulam nostram effundere minita-  
 „retur..“ Postea de suo Ordine sermo-  
 nem ingerens, illius antiquitatem, pri-  
 vilegia, expeditiones bellicas, & Re-  
 ligionis studium extollebat, simul pol-  
 licitus, quod totus Ordo eundem quo-  
 que fidei Zelum semper exercere pa-  
 ratus sit. Ad hæc Synodi Promotor  
 respondit, quod Synodus supremi Ma-  
 gistri excusationem, ac fidei suæ pro-  
 missum ratum habeat.

His peractis rursus de matrimonii  
 Sacramento agebatur, ubi præcipuus  
 disputationis cardo circa matrimonia  
 clandestina vertebatur: ut vero decre-  
 tum circa illa facilius perfici posset, alia  
 proponebatur formula, in qua lex, que  
 ejusmodi connubia prohiberet, his ver-  
 bis restringebatur: „nisi tamen Episco-  
 pus opportunum censeret, matrimo-  
 nium

„nium publice contractum coram Eccl. Sæcul. XVI.  
„clesia cum aliquo impedimento, quod A.C. 1563.  
„sine scandalo detegi non posset, ite-  
„randum postea, eodem impedimento  
„sublato, sine testibus: declarat præ-  
„terea Sacrosancta Synodus, matri-  
„monium, ac sponsalia contracta coram  
„tribus testibus, probari posse per duos  
„illorum, aut per aliam legitimam pro-  
„bationem.

### §. XX.

#### *Decretum circa matrimonia Filiorum familias rursus correctum.*

Postea decretum, quod matrimonia  
Filiorum familias concernebat, rur- Pallav. c. 8.  
num. 10.  
sus corrigebatur, licet vero certa ætas,  
sicut in priori forma, exigeretur, ni-  
mirum in maribus annus decimus octa-  
vus, & decimus sextus in fœminis, ad-  
iectum tamen est, opus esse consensu  
Patris, aut avi paterni Catholici: sed ad-  
huc aliquo moderamine leniebatur, hæc  
necessitas, ut tunc, si illi licet rogati,  
diffentirent injuste, aut diutius abes-  
sent, contractus celebraretur cum  
Ordinarii facultate: denique præcipie-  
batur, ut ea decreta singulos obstrin-  
gerent post diem a prima promulgatio-  
ne trigesimum.

### §. XXI.